

# CONSILIORVM, sive Responsorum Iuris,

D<sup>r</sup> IOANNIS CEPHALI  
FERRARIENSIS, IVRE CONSULTI  
CLARISSIMI, ET PERILLVSTRIS;

IN CELEBERRIMO GYMNASIO PATAVINO  
Vespertinarum Lectionum Interpretis summi, ac primarii,

L I B E R T E R T I V S,  
Nunc recens in lucem editus.

*In quo permulta in Iure inter excimos Iuris professores controuersa, ita dilucide enucleantur,  
vix ut quidquam, aut ne vix quidem in ijs desiderari possit.*

Opus & acumine, & varietate, & explicatione eruditissimum, omnibusq<sup>e</sup> præsertim  
Forum agentibus perutile, ac necessarium.

*Cum Argumentis, Summarijs, Numeris uniuersique Consilio appositis.*

Accessit Index locupletissimus.



*Cum privilegio Philippi Hispaniarum Regis, & Senatus Veneti.*

Venetijs, apud Guerræos fratres, & socios. M D LXXXII.



IOAN. CEPHALI,  
FERRARIENSIS.  
PRAESTANTISSIMI. CELEBERRIMIQ.  
IVRIS CONSULTI  
Consiliorum, siue Responorum  
LIBER TERTIVS.

Pro Illustris DD. Pyro, & fratribus, ex Marchionibus de Gonzaga,  
ac Principibus Sacri Romani Imperij.

ARGUMENTVM.

*Spoliarus quando sit in integrum restituendus, maxime quando est spoliatus fortitio; Et quando spoliato ob-  
stet dominij exceptio, Princeps est Dei legatus, proconsul, vicarius, & huiusmodi plura. Iecirco tan-  
quam Deus debet indicare: Ad qua spoliator possit conueniri: De spoliatione iudicis. Et de clausula, sola  
facti veritate inspecta: Et an princeps censeatur velle tertio praedicare, & quid de eius rescripto, & an  
in actu principis requiratur citatio. An, & quando causa iusta presumatur in principis actu. Feudum pro-  
se, & hereditibus, an exigat, quod sit heres: & an per confirmationem inuestiturarum feudos sit novum.  
vel alteretur. & an presumatur hereditarium, vel ex pacto, & prouidentia, quod alienatum an, &  
quando possit revocari; & multa de feudo, maxime ex pacto, & prouidentia, & de pacto reciprocae suc-  
cessionis, & de feudo antiquo plura. Et utrum Principis assertioni sic blandum de alicuius rebellione, vel  
delicto, & de acta reversionis, & Princeps de feudo ad se reverso quid agere debeat, & multa alia, cum  
in materia feudali, tum in alia, diligenter enucleata.*

S V M M A E.

- 1 Professur resistimorio agere non potest, qui non possedit, & quare.
- 2 Spoliatus dic non potest, qui non possidet.
- 3 Possidere non dicitur, qui est nullus in possessionem ex primo de-  
creto.
- 4 Possidere, & in possessione esse, differunt.
- 5 Possessionem qui fecerit resistit, amplius eas resistire non te-  
netur.
- 6 Emptionis titulum habens in iudicio reintegrande connexum non  
potest.
- 7 Spoliis nullum purgatur, ubi res ad dominium spoliatum reverti-  
tur.
- 8 Spoliatum nullum attenditur, non primum.
- 9 Spoliatus non est voluntarius, quando cum difficultate, res recu-  
perari posset, nisi fortidissimum.
- 10 Domini exceptio oblitus si compulsa.

- 11 Domini exceptionem non admittit in iudicio reflitutorio, nisi in-  
troductum vel in spoliatoris, ob eius dolu.
- 12 Exceptio ex pacto nudo de aquae non competit.
- 13 Exceptio estatis ex communione non nullam agere competit.
- 14 Dominij exceptio ne contra spoliatorum devengetur, que requiriatur.
- 15 Dolos fecisse non videtur, qui fecit, quia sibi licere existimat.
- 16 Percutientis lapide, vel ballo, campa jet percutere ferro, non di-  
citur dolos percutere.
- 17 Domini exceptio excludit remedium reflitutorium, ubi agitur so-  
lo solidi heritate inspecta.
- 18 Rigor cessat, ubi sola heritas accedit.
- 19 Princeps est Dei legatus, seu proconsul.
- 20 Et Dei vicarius in temporalibus.
- 21 Princeps tanquam Deus sola facti veritate insperge causam deci-  
dere debet.
- 22 Reintegrande iudicium collat, ubi quis iustitia causavit spoliatorum.



ILLVSTR ET REVER-  
S. R. E. CARDINALI,  
FRANCISCO ALCIATO.

Ioannes Cephalus S. P. D.



ECREVERAM, Antistes amplissime, ac omni uirtutis genere ornatissime, nihil tibi ex lucubrationibus meis dicere, quod de iis non esset, quæ iam circiter vigesimum-quintum annum in gymnasio Tycinensi publicis disputationibus, quotidianisque congressibus peramanter in uicem conferebamus, dum ambo, meo felici fatu, quo plurimum glorari possum, ordinarias vespertinis tempotibus Cæsareas lectiones publicè haberemus; id, quod huic dicationi decenter admodum mihi uidetur conuenire, cum tu huiusmodi rei quoque, & iudicio prudensissimo, & auctoritate grauissima particeps fueris: verum quia animaduerti id quidem nimis serò, & fortasse nunquam in lucem exiturum, cum à Venetis impressoribus non mediocri contentione Consilia sepe numero cedere compellar, netuum Illustrissimum, ac Praeclarissimum nomen (quod in corde, ac ore me semper gerere, certò sciunt omnes, maximè in hac florentissima Patauina Academia profitentes) oblitus uiderer, tertium hoc meorum Responsorum, quæcunque sint, volumen, cum alio argumento in præsentia declarare non possim, quo amplitudinem tuam studio, atque animo semper coluerim, ac colam, tibi dicare, ac consecrare constitui: etenim primum volumen, cum sub stipendio Excellentissimi Mediolanensis Senatus nomine Hispaniarum Catholici Regis, tunc ego Tycini militarem, atque id in inclita Vrbe Mediolani excuderetur, propediemque huc esse uenturus, ut aliquas eigratias referre existimares, placuit sub eiusdem grauissimi Senatus tutela in lucem emittere. Cumque uolumen esset primum, & priora frequentius trutinentur, talis, ac tanti Senatus umbra eriores mei subtegerentur, cuius doctrina, auctoritas, ac planè summa Maiestas illa est, cui omnes ultro cum maxima ueneratione assentient, cedunt, & inclinantur. Secundum uero uolumen Illustrissimi, & Excellentissimi Ferrariae Ducis nomine insigniri uolui, ut sub tantæ auctoritatis clypeo ilæsum omnino, atque incolume præseruaretur, ut etiam is Illustrissimus Princeps, cum sit naturalis Dominus meus, & ab eo ego plurimis, ac sum-